



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv
Doctoribvs Reseratvs**

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lvgdvni, 1659**

V. Practicæ Resolutiones circa præfata.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41066

514 *Moralis Theologie Tract. IV. Censura*,
matrimonia clandestina, vel contra interdictum Ecclesie
operantes. 17. Contra alienis debitibus grauantes Ecclesie
sibi commissas. 18. Contra electores Episcoporum non pre-
sentantes electionem electo infra octo dies. 19. Contradi-
gentes indignum ad Episcopatum, vel Curatum. 20. Contra
consentientes electioni, per abusum secularis potestatis.
21. Contra postulantes in Praelatum Cathedralis eos, qui
prohibentur. 22. Contra compromissarios eligentes indi-
gnum. 23. Contra occupantes bona Praelati defuncti. 24. Con-
tra abutentes vestibus contra iuris statuta. 25. Contra Par-
rochos iungentes sponsos alterius Parochiae sine licentia.
26. Contra celebrantes coram excommunicato, vel inter-
dicto. 27. Contra recipientes ordines ab eo, qui Episcopatum
renunciauit. 28. Contra recipientes ordines ab alieno sine
proprijs licentia. 29. Contra recipientes à proprio in aliena
diocesi sine licentia. 30. Contra recipientes ab excommuni-
cato, vel suspensi. 31. Contra recipientes ante legitimam
actatem. 32. Contra recipientes extra tempora sine disper-
satione. 33. Contra recipientes, non seruatis interstitiis.
34. Contra ordinatos falso titulo. 35. Contra promotores per
saltum. 36. Contra recipientes ordines post matrimonium
ratum, etiam non consummatum. 37. Contra recipientes or-
dines, si fint excommunicati, suspensi, vel interdicti. 38. Con-
tra recipientes ordines cum literis Capituli Sede vacante
infra annum.

CAPUT V.

Praxis circa materiam de Suspensione ex Societatis Iesu Auctoribus.

§. I. **S**uspensus ab officio, censetur ne fructibus beneficij trahatur? Minime, potest enim illos percipere tempo-
ralem beneficij administrationem gerendo, promptus, quidem, quantum ei conceditur officio satisfacere, Horas Ca-
nonicas recitando, & ad alia Ecclesiastica munera vicarium
substituendo. Sanchez de Matrim. lib. 2. d. 51. num. 13. senten-
tiam hanc veram existimans, etiam si suspensio ab officio sit
perpetua.

36. **P**otest ne suspenso ab Officio nouum beneficium validum
Aula. ac licite conferri? Valide negat Aula p. 3. d. 2. dub. 10. licet
negat

negat Coninch d. i. 5. dub. 2. n. 7. At alij validè & licitè confer- Conin-
ti posse asseruerunt.

38. *Suspensio autem à beneficio quid?* Docet Coninch d. i. 5. Conin-
dub. 2. num. 14. collationem noui beneficij factam suspensio à
beneficio ex Clem. 2. de vita & bon. Cleric. non esse ipso facto
irritam, sed irritandam. At Auila p. 3. c. 6. d. 6. dub. 1. concl. I. Auila
asserit suspensum à beneficio, si præstet officium, omnes fru-
ctus, & distributiones lucrari.

39. *Suspensus ab Ordine Superiori, censemur ne ab inferiori
suspensi?* Non; quia qui prohibet maius, non intendit minus
prohibere. *An suspensus à minori, indirecte ad maiorem etiam
exercendo suspensus censematur?* Suarius d. 26. sect. 4. num. 8. Suar.
probabile censet, non omnes actus superioris Ordinis per
suspensionem superioris impediri; sed illos solum, qui exer-
citum includant inferioris suspensi. v. g. suspensus à Dia-
conatu non potest celebrare, quia debet Euangelium legere,
quod est actus Diaconi; potest autem Confessiones audire,
baptizare, &c.

40. *Suspensus quis est ab Ordine Episcopali?* Eos tantum
Ordinis actus exercere prohibetur, qui Episcopi proprij sunt,
& Sacerdoti de iure ordinario non possunt competere. *Sus-
pensus est ab usu Pontificalium.* Solummodo prohibetur ut
baculo, & pallio; per accidens vero, & consequenter illorum
actuum exercitio, qui sine baculo & pallio exerceri non de-
bet: v. g. ordinatio, confirmatio, consecratio Ecclesiae, alta-
ris, aur. virginis. Minime vero celebrare sine Pontificalibus,
Confessiones audire, forensem iurisdictionem exercere. Lay- Laym.
man lib. 1. tract. 5. p. 3. c. 1. n. 6. *Suspensus est tantum à minorum
Ordinum collatione.* Haud censemur suspensus à collatione
majorum. *Suspenditur ab officio confirmandi.* Non ideo censem- Laym.
tur suspensus a consecrando, vel ordinando ex Laymani sen-
tentia; quia quamvis haec illo maiora, non tamen connexa.
*Suspensus quis est ab administratione Sacramentorum: creditur
ne suspensus à celebrando?* Minime; quia celebratio Missæ non
affoler sub ministerio Sacramentorum comprehendendi. Præpo- Præp.
sus in 3. p. q. 3. dub. 2. n. 18.

41. *An suspensio disiunctiva ab Officio, vel beneficio teneatur?*
Non tenere respondet Henriquez lib. 3. c. 22. n. 4. quia non est Henric.
maior ratio, reum ab uno potius, quam ab alio manere su-
pensum. At Gaspar Hurtado de susp. diffic. 4. n. 11. teneri affir- Hurt.
mat; quia Confessarius potest imponere ad poenitentiam hos,
vel illud: & iudex damnare aliquem aut verbera subire, aut
certam pecuniam soluere.

§ 16 *Moralis Theologiae Tract. IV. Censure,*

42. *Num suspensio lata sub hac forma: sit suspensus, si uila, & à quo suspendat?* Valida est, & ab officio, & beneficio suspendit; quemadmodum cum dicitur, *sit excommunicatus*, de excommunicatione maiori intelligitur. *Gordonius tom. 2. lib. 7. q. 14. c. 2. n. 7.* legendus.

Gord.

§. 2.

Effectus

suspensi-

onis.

Suar.

Aula.

Tann.

Filliuc.

Suar.

Busæ.

43. *Scio suspensum ab Ordine, si Ordinem exerceat, seu irregulariter: quoniam, queso, piaculo?* Si est materia gravis peccat mortaliter; & si est actus Ordinis irregularitatem incurrit. Porro *Suarus auctore d. 26. sect. 2. num. 6.* Quod suspensus excusat à culpa, etiam ab incurrenda irregularitate excusat.

44. *Episcopus ne suspensus à Pontificalibus, sit irregulari, in Pontificalibus celebrans?* Non; quia non est suspensus à substantia celebrationis, sed solum quoad solemnitatem accidentalem. *Aula p. 7. d. 9. sect. 2. dub. 2.*

45. *Suspenditur quis ab officio concionandi, concionatur solemniter; incurrit ne irregularitatem?* Non; quia concionari non est per se actus Ordinis. *Tannerius tom. 4. d. 6. q. 10. dub. 7. num. 137.* De Clerico suspenso ab officiis diuinis, illis absunt tanquam laicus, eandem esse rationem asserit *Filliulus tom. I. tract. 17. c. 2. n. 33.*

46. *Num acta suspensi valida sint?* Actus iurisdictionis sunt inualidi nisi sint occulti in quo casu supplet Ecclesia defectum. Si non est denunciatus, inuitatus ab aliis, validè & licetè iurisdictionem exercet. *Suarus d. 26. f. 2. v. 1.* Actus autem Ordinis sunt validi etiam in denunciato, præter absolutionem sacramentalem, quia est etiam actus iurisdictionis: quam si non est toleratus, inualidè exercet; toleratus autem validè absoluit.

§. 3.

De sus-

pensione

varia.

Busæ.

Sic Busæ.

47. *Quisnam in casibus præterea index Ecclesiasticus sit?* 1. Si ferat sententiam excommunicationis non præmissa tria admonitione, coram idoneis testibus. 2. Si sententiam excommunicationis, interdictive ferat, non expressa causa, ob quam fertur. 3. Si contra conscientiam, vel iustitiam in indicio aliquid faciat per gratiam, vel sortes in grauamen partis alterius; & est suspensus per annum.

48. *Potest ne index, vel Episcopus, qui tulit suspensionis con-*

fusuram, ex iusta causa illam suspendere ad tempus? Potest, & con-

cedere celebranti, ut tunc temporis non incurrat irregulari-

tatem; quia censura non ligat ultra iudicis intentionem.

49. *Quidnam faciendum de fructibus suspensi à Beneficio?*

Conuertendi in Ecclesie utilitatem (detractis iis, qui substi-

tato ac

tempo-

ticis, c

50.

respon-

sionen

51.

nondur-

munic

iis in

non p

52.

tus, v

actis r

mani

53.

sum a

auer

54.

supe

exter

eum,

cio r

55.

Solu

teret

riddi

sign

per

say

56.

tem

saſ

li,

Mi

tem

ob

mo ad inseruendum traduntur) distributiones verò pro eo tempore, quo Clericus eas non lucratur, aliis tradendæ Clericis, qui diuinis officiis intersunt. Sic Molina.

Molin.

50. Inustè quis ab officio susp.nditur, potest ne distributiones recipere? Posse existimo cum Auila, saltem si ante suspen- sionem chorum consuecerat frequentare.

51. Petens Sacramentum à Sacerdote suspenso ab officio, sed nondum denunciato, peccat? Minimè; quia cooperans, & communicans cum suspenso tolerato, seu nondum denunciato iis in actibus iurisdictionis, & officijs, à quibus est suspensus non peccat mortaliter Auila authore.

Auila.

52. Acta ne per suspensionem, qui non est nominatim denunciatus, valida sunt? Valida Palao afferit. Secus dicendum de Pal. actis nominatim denunciati, nisi titulus coloratus, aut communis error adesset.

53. Quid absolute suspensus? Ex Sancto respondet suspensi- sum absolute intelligi ab officio ordinum, & Beneficio, non autem ab auditione diuinorum, aut sepultura.

54. Quandonam quis propriè suspensus non est? Afferit Saa. Saa. suspensionem per non habentem iurisdictionem Ecclesiasticam exteriorem non esse propriè suspensionem, sed prohibitum; item eum, qui solo verbo suspenditur, non scripto; vel qui ab officio non propriè Ecclesiastico.

55. Suspensionem me esse ab ingressu Ecclesia, quid significat? Solum prohiberis in Ecclesia celebrare, & diuinis officiis interesse. Vnde potes in ea orare, & Sacraenta recipere, & iurisdictionem exercere, & sepeliri decedens cum penitentiæ signis, & extra celebrare, scilicet in loco non designato Saa. per Episcopum in perpetuum ad celebrandum. Saa. sic ex Sayro.

56. Num suspensionis sententia, eiusque effectus per sequentem appellationem suspendatur? Minimè; quia censura Ecclesiastica trahit secum executionem, ut dicitur in cap. Pastorius. Saa.

57. Certus sum, me non peccasse: incido ne in suspensionem? Minimè; quia nunquam imponitur ab homine sine culpa saltem veniali; nec a iure aut ab homine ob contumaciam, nisi ob mortalem, Emanuele Saa. authore.